

ΠΑΛΙΤΕ ΝΕΣΙΑ

Matth. XIX. 28.

PHILOLOGICA EXCUSSA DISSERTATIONE.

Quam

Annuentē Celeberr. Facult. Phil.

Regiæ Academiæ Aboënsis,

PRÆSIDE

Dn. ISAAC BJÖRKLUND /

Lingvar. Sacr. Prof. Ord.

ABRAHAM. JOHAN. RØERINGH,

O:Botniensis,

Publico bonorum examini modeste submittet d. XXII. Maji, Anni
M.D.CC.XXXI.

Loco & horis consuetis.

Admodum Reverendo atque Praclarissimo
VIRO

Mag. ERICO CAJANO,
Ecclesiarum Cronobyensium Pastori ut
longe meritissimo, ita adcuratissimo,
vicinique Districtus Præposito Gravissimo,
Avūculi loco æternum suspiciendo.

Plurimum Reverendo atque Praclarissimo
VIRO

Mag. ANDREÆ KIEMMER,
Pastori in G:Carleby laudatissimo, ob
favorem in me singularem perpetuo
colendo.

VOBIS. PATRONI.
OPTI-

Hunc. Qualemunque. Ingenii.
In. Signum. Gratissime.
Ob. Beneficia. Haud.
Cum. Perpetuis. Pro. Vestra. Inco-
D. D.

A.

Admodum Reverendo atque Praeclarissimo
VIRO

Mag. NICOLAO MATHESIO,
Ecclesiarum Pyhäjokiensium Pastori
Vigilantissimo, & adjacentis Districtus
Præposito Dexterrimo, quovis reveren-
tia genere colendo.

Consultissimo VIRO

Dn. JOHANNI WESTRING,
Consuli G:Carlebyensium Dexterrimo,
ob beneficia haud vulgaria semper
colendo.

ET. FAUTORES.
MI.

Mei. Fœtum.

Piaque. Mentis.

Pauca. In. Me. Collata.

lumitate. Votis.

D.

R.

Rådsmannen i S:Carleby,
Åreborne och Högwålsachtad
Herr SIGFRED BRUMERUS,
Min Högårade Gynnare.

Råd- och Handelsmannen Samnastådes
Åreborne och Högwålsachtad
Herr DANIEL AHLA,
Min Högårade Gynnare.

Råd- och Handelsmannen derstädes
Åreborne och Högwålsachtad
Herr JACOB FALANDER,
Min Högårade Gynnare och
Morbroder.

Handelsmannen i S:Carleby,
Åreborne och Högwålsachtad
Herr CHRISTOPHER CARLBOM,
Min Högårade Gynnare.

Råd och Handelsman i G:Carleby,
Åreborne och Högwålastad

Herr GABRIEL FORSELL,
Min Högårade Gynnare.

Råd och Handelsmannen sammasådes
Åreborne och Högwålastad

Herr LORENTS STEEN,
Min Högårade Gynnare.

Råd och Handelsmannen derstådes
Åreborne och Högwålastad

Herr JOHAN WESTRING,
Min Högårade Gynnare.

Handelsmannen i G:Carleby,
Åreborne och Högwålastad

Herr JACOB KRINGS /
Min Högårade Gynnare.

Ulr skal jag Edert Hierte-
lag /

Som jag ännutit dag från
dag /

Til pricka kunna rätt beskri-
wa ?

Det goda I mig skådse wiist /
Kan ej til fullo warda priist

Uf mig / jag måste låtat blif-
wa.

Wil Eder prof doch wisa
här /

Uf Jag ett tack samt sinne
bår /

För thet I alltid oförtrutne
Ert hierta welat öpet see /

För mig / at hwar det kunnat
see /

I desse åren näst förslutne.

Dy

Dy billigt detta papper fram /
Som Jag i liuset bringat
fram /

För denne gång Ett namn til
skrifwer /

Med ofelbart och säkert hopp /

Ut I det gladlynt tagen opp /

Då Jag med nöje och förblifwer /

Mine Högårade Herrars och
Gynnarens

Hörsamme tjenare

Abraham Joh. Røerigh.

Ὁ δὲ ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Ἀμὲν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκόλα θήσαντες μοι ἐν τῇ ΠΑΛΙΓΓΕΝΕΣΙΑ, ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτῆς, καθίσετε μετὰ ὑμῖν ἐπὶ δωδεκά θρόνους κρίνευτες τὰς δωδεκά φυλὰς τῆς Ἰσραὴλ.

Synopsis.

- §. 1. *Viam ad institutum aperit.*
 §. 2. *Etymologiam vocis exponit.*
 §. 3. *Quaedam de interpunctione Græci textus N. I. præmittuntur.*
 §. 4. *Παλιγγενεσίαν ad sequentia referentium sententia de œconomia Mosæica confutatur.*
 §. 5. *Idem de resurrectione sententia, ut scripturæ insolens, rejicitur.*
 §. 6. *Eightfootbi sententiam, ad præcedentia licet referentis, sibi stare non posse, traditur.*
 §. 7. *Sententia eorum, qui Ἔ ad præcedentia referunt, Ἐ ad descriptionem subjecti pertinere dicunt, adprobatur Ἐ exponitur.*
 §. 8. *Rationibus ulterius confirmatur.*
 §. 9. *Additur sententia D. Lyseri, Ἐ finis dissertatiuncule imponitur.*



I. N. J.

§. I.

Magna & innumera sunt
Summi & Sanctissimi
Numinis, a primis in-
de rerum initiis huma-
no generi præstita beneficia. Ut
jam nihil de iis moneam, quæ
mortalib⁹ ad vitam hanc, calami-
tatibus alioquin & ærumnis ex-
positam, feliciter degendam ju-
cundissime inserviunt: non mi-

A

nima

nima sunt ista, quibus anima, præstantissima & nobilissima illa pars hominis, abunde locupletata est. Hæc inter eminentissimum illud Dei verbum: quod eum in finem a summo Creatore ipsi esse concessum, ex altiori principio novimus, ut secundum ductum & normam illius iter suum ad cœlestem illam patriam rite instituat, ubi perpetua & vera illi demum felicitas obtingere possit. Hoc verbum, a sanctis Dei hominibus ductu & impulsu Sp. Sancti litteris consignatum, quatenus in se ipso spectatur, perspicuum, evidens, & ipsam simplicissimam Sp. Sancti veritatem esse, indidem constat. Quod vero tot varia & discrepantia existant in plurimos S. Scripturæ locos sententiarum divortia: non verbo Dei, verum hominis potius obscuro

3

seuro & præjudiciis circumscæpto
intellectui adscribendum esse,
haud inepte censetur. Nam scri-
ptura illa, in se evidentissima &
simplicissima, variis modis, vel
oscitatione humana vel pervica-
cia, obscura & ambigua ipsi red-
ditur. Prudenter itaque & cir-
cumspecte illos se gessisse, nemo
facile negabit, qui in arduo e-
jusmodi negotio, sepositis &
quasi in fugam profligatis omni-
bus conceptis opinionibus, sim-
plicitatem Sp. Sancti omni nisu
& studio secuti sunt. Nam *op-
timus ille scripturarum lector est,
qui dictorum intelligentiam expectat
potius ex dictis, quam importat, &
refert magis quam affert: neque
hoc cogit videri dictis contineri, quod
ante lectionem præsumserat intelli-
gendum* (A). Animum itaque
post varias deliberationes ego et-
iam induxi, tentamine quodam

4
levissimo pro modulo ingenii
hac in materie vires meas ex-
periri. Cui rei ansam, vocabu-
lum istud apud Matthæum Evan-
gelistam c. XIX. 28. ΠΑΛΙΓΓΕΝΕΣΙΑ
quo nostra inscribitur Dissertati-
uncula, præbuit. Super quo
meditationes meas qualescunque
sequentibus breviter complexus,
B. Lectoris censuræ easdem mo-
deste submittere judicavi: ea spe
fretus, velit innoxia hæc mea
conamina, pro candore & hu-
manitate sua, qua ceteros etiam
liberalium artium cultores am-
plecti solet, contra omnes fini-
stre de quavis re judicantes de-
fendere, & in meliorem inter-
pretari partem.

(a) vid. Pfeiffer. in Pref. Dub. v. ex.

§. II.

NE autem hæc nostra differ-
tatiuncula plane sit ἀπίθοος,
pro

8

pro more ab omnibus recepto
paucis de ipsa Etymologia vocis
παλιγενεσία primo dicemus. Est
enim vocabulum hoc compositum
ab adverbio *παλίω*, quod
præcipue significat *ruetus, iterum*;
nam sic legimus: *καὶ παλίω μικρόν,*
& *iterum paulisper (b)*: *δenuo, εἰαν*
ἔλθω εἰς τὸ παλίω, si denuo venero (c):
& a nomine *γένεσις*. Quod vo-
cabulum deducitur a verbo *γίνομαι*
vel *γίγνομαι*, cujus notio non
tantum est *fit, edor, sum, existi-*
sto; sed & *gignendi & nascendi* si-
gnificatione, ipso pariter stilo
scripturæ usurpatur: nam sic di-
cit Apostolus: *μήπω γὰρ γεννηθέντων,*
nondum enim natis (d). Quod
& passim in stilo profanorum
observari potest, quale est The-
ophrasti: *ὄντις σοι γέγονεν, filius ti-*
bi natus est (e): & alibi. Unde
& Latinorum *gigno* profluxisse
videtur. Nomen itaque *γένεσις*
non

non *ortum* modo generatim, sed
 potissimum *generationem* in No-
 vo etiam Fœdere (f) denotat.
 Hæc certe notio profanis quo-
 que scriptoribus quam maxime
 est usitata. Unde Aristoteli (g)
 γένεσις, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ ὄν, ex
 non ente in ens, definitur: & ge-
 nerationem animalium tum ibi-
 dem, tum libris de Gener. &
 Corrupt. frequentissime significat.
 Compositis jam his duabus vo-
 cibus, fit παλιγενεσία, cujus na-
 tiva & propria est notio, Re-
 generatio. Ita enim Hesychius:
 παλιγενεσία, τὸ ἐκ δευτέρου ἀναγεννη-
 θῆναι quibus eam directe de *iterata generatione* exponit (h). Si-
 militer Sacris ipsis litteris eodem
 significatu accipitur, ubi Bapti-
 smus vocatur λουτρὸν παλιγγενεσίας,
lavacrum regenerationis (i). Eo-
 dem vero sensu vocabulum hoc
 apud alios auctores adhiberi, de
regeneratione, renascentia, ut di-
 cam

eam, & *secundo ortu*, extra du-
 bium est. Consulantur in eam
 rem Philo de mundo, & Plutar-
 chus περὶ σαρκῶν (b). Sed sci-
 endum simul, latius patuisse vo-
 cis hujus usum: quemadmodum
 Hesychius l. c. non τὸ ἀναγεννηθῆ-
 ναι solum ei vindicat, sed addit
 pariter, ἢ ἀνακαταστήναι, innuens
 & *renovationem* seu *instaurationem*
 quamcunque significare, idque
 per metaphoram. Ita plane Ci-
 cero restitutionem pristinae suae
 dignitatis παρ' ἡγερέσιον appellat
 (c). Unde vocem hanc non sim-
 plici ubique acceptione apud au-
 ctiores valere, sed pro argumen-
 to sermonis seu materiae condi-
 tione variare videmus. Verum
 haec de origine & notione vocis
 breviter dixisse, sat esto.

(b) Job. XVI, 19- (c) 2. Cor. XIII.
 2. (d) Rom. IX, 11. (e) Charact. Eth.

c. 18. (f) *Matth. I. 1. Jac. I. 23. III. 6.* (g) *de generat. animal. lib. 2. c. 5.* (h) *Hesych. ad h. voc. (i) Tit. III. 5.* (k) *vid. Scap. Lexic. ad h. voc. (l) Cicer. lib. 6. Epist. ad Attic.*

§. III.

PRæmissa sic brevissima hac expositione Etymologica vocis *παλιγγενεσία*, ad sequentia pergimus. Verba, *ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ*, in citato loco Matthæi, quidam ad præcedentia referunt, nullam interpunctionem post vocabula *ἀκούσθησάι τίς μοι* admittententes: sed arctissime hæc conjungunt, ut uno quasi tenore & sono legi debeant, distinctione post *παλιγγενεσία* adhibita. Alii rursus, & quidem plerique interpretum & Criticorum, hæc ipsa verba, *ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ*, ad sequentia pertinere existimant, interpunctionem mox post *ἀκούσθη-*

ληθίστην ἔχει μὲν ponendam esse serio
 contendentes. In hoc secuti sunt
 alii aliorum Codicum græcorum
 N. Testamenti scripturam &
 interpunctionem; alii rursus ali-
 orum in distingvendo auctorita-
 te fidei, suam pro recta & genui-
 na censendam esse putarunt sen-
 tentiam. Ut vero res clarior e-
 vadat, e re esse arbitror, pauca
 de veterum scribendi modis af-
 ferre, ut patescat, quam vali-
 dum ex distinctionibus textus
 græci ubique petatur argumen-
 tum. Notum quidem omnibus es-
 se potest, cum ex annalibus,
 tum ceteris eruditorum testimo-
 niis, apud veteres ejusmodi ex-
 peditam, accuratam & distin-
 ctam scribendi artem, qua cu-
 riosa hæc posterior ætas gaudet,
 non viguisse: sed illam veluti in
 ephebis & primis rudimentis ad-
 huc dum jacuisse, tractu tem-
 poris

poris magis magisque polien-
dam, & virili toga induendam.
Nam velut ceteræ artes non si-
mul ac semel dum inventæ sunt,
perfectæ etiam & ad summum
fastigium evectæ censerî possunt:
ita huic scribendi arti non pa-
rum perfectionis posteriores ad-
diderunt ætates. Ut nihil dicam
de intricatis & hieroglyphicis
veterum scribendi modis, qui-
bus secreta mentis suæ reconde-
re solebant: varia & multiformia
existere apud vetustiores
græcos scripturæ genera, quæ
ab hodiernis plane sunt diversa.
Ductus enim linearum factus
est vel *σπυροδόν*, in modum cor-
bium, in angustum desinentium:
vel *πλιυθηδόν*, per sparsas quasi
laterum formas: vel *βατροφιδόν*,
more boum arantium, sulcos
retro vertentium: vel *κισσηδόν*,
instar columnarum desuper de-
orsum

orsum tendentium. De his fu-
 sius legatur Fabricius (*m*). Præ-
 terea nec ejusmodi litteris eos
 usos fuisse, quæ a nobis jam
 pinguntur, sed omnia eorum
 scripta litteris majusculis, five
 ut istas vocant uncialibus, quod
 de scriptura etiam veterum Ro-
 manorum certum est, exarata
 fuisse, haud dubiis argumentis
 constat. Nec asserere veremur
 veteres istos Græcos nullas ad-
 hibuisse in scriptis suis interpun-
 ctiones & distinctiones, quales
 jam usu vigent: sed omnia con-
 tinua serie sine istis notis scri-
 psisse: ut ipsa vetustatis monu-
 menta probant. Serius demum
 de signis his orationi addendis
 cogitasse videntur Græci, & pri-
 mum quidem *παιδείας ἐννοιᾶς* in
 scholis Grammaticorum rem in-
 ventam putant. Si fide nonnul-
 lorum stetur, *tempore Hadriani*
Impe-

Imperatoris operam suam hoc in negotio probare cœperunt eruditi, utpote Nicanor, qui teste Suida scripsit περὶ σημῶν τῆς καθόλου βιβλίας ἕξ· de interpunctione libros sex: id est, de ratione recte ponendi cola, commata, puncta aliaque distinctionis signa (n). Qua vero ætate publice usurpari cœperint, nemo facile definiet. Certe non multo ante fieri id potuisse videtur, si vel maxime inventionem eorum in usum scholarum paullo altius elevaveris. Ceterum de sacro N. Testamenti codice, annon interpunctionum signa ab ipsa virorum Θεοπνεύσαν manu illi sint adjecta, res adhuc multis eruditorum diffidiis agitatur, quibusdam affirmantibus, nonnullis negantibus, aliis rem in medio relinquentibus(o). Codices MSS, primorum sæculorum omnes interiisse fatentur, & qui supersunt, alii distinctionibus his in-

instructi sunt, alii iisdem carent. Kusterus pronuntiare audet, in antiquissimis codicibus nullam esse vocum distinctionem (p). Et Joan. Crojus, vir Græcarum litterarum peritissimus, Nos codices, inquit, quosdam ita scriptos vidimus, ut nulla in iisdem exstet vocum distinctio, sed singule lineæ uno tenore scriptæ sint, atque unicam vocem constituere videantur (q). Adducimus adhuc testimonium Johannis Morini apud Waltonum: Codex, inquit, Vaticanus, exaratus est litteris majoribus seu uncialibus, quas vere antiquas vocant, sine capitum, versuum ac verborum distinctione, sine accentuum & spirituum notis: & quantum ex scriptura conjicere licuit, ante mille ducentos annos scriptus videtur. Nec non ipse Br. Waltonus codicis Alexandrini MSS. commemorans, quem Cyrillus Patriarcha

cha Constantinopolitanus Regi Angliæ Carolo I. dono dedit, hunc in modum disserit: *Exaratus est hic liber litteris majoribus antiquis, sine ulla capitum, versiculorum aut verborum distinctione, & sine accentuum & spirituum notis, exceptis quibusdam sectionibus, quæ per spatium quoddam inter verba designantur (r). Ne plura in hanc rem congeramus, ingenue fatemur, indubitatis nos heic rationibus destitui. Sed retineamus sententiam de origine signorum interpungendi textus N. Testamenti Apostolica: nihilominus urget nos Kusterus: An affirmabunt, primos editores N. T. & inter eos præcipue Rob. Stephanum (cujus editio præ aliis recepta est) divino afflatu & instinctu præditos fuisse, ne in dissonsiōne codicum MSS. quos ad manum habebant, a vero textu Apostolico unquam ab-*

erra-

errarent (s) ? Id tamen firmiter tenemus, non permittendam esse cuivis licentiam, distinctiones textus sacri, quas habemus, turbandi, contra fidem codicum vetustissimorum, saltem præstantiorum, & contra evidentem argumenti orationisq; connexionem. In nostro autem loco Matthæano codices antiquos, qui interpunctiones adhibent, in diversa abire observatum est: adeo ut illo argumento solo lis heic decidi nequeat, sed a re ipsa potius ratio sit petenda.

(m) *Fabr. Biblioth. Græc. l. 1. c. 27. n. 3.* (n) *Klepperb. in Disput. de Distinct. N. I. Wettob. hab.* (o) *Pfeiff. Crit. sac. c. 4. sect. 2. qu. 3. &c.* (p) *Ludol. Kuster. præf. N. T. Mill. p. 9.* (q) *Observ. in N. T. c. XI. 12.* (r) *Brian. Walton. Proleg. IX. n. 30.* (s) *Kuster. l. c. p. 1.*

§. IV.

AB initio §. superioris tetigimus verbo, haud paucos illos esse, qui verba hæc ad sequentia referre velint, interpunctione post vocabula ἀκολούθησαντες μοι adhibita. Inter illos tamen ipsos non convenit, quo sensu vox παλιγενεσία cum posterioribus jungatur. Quidam intelligunt hoc de innovatione œconomiae Mosaicæ, sive de eo tempore, quo doctrina Evangelica per totum terrarum orbem felici successu incrementa caperet & divulgaretur; unde quasi novam faciem Ecclesia acciperet, abolitis & reformatis Mosaicis illis per Phariseorum doctrinam corruptis cærimoniis. Præterea hoc tempore Judæis & gentibus in Ecclesiam receptis; Apostolis magna accessura erat potestas & gloria, ex hoc, quod omni-

omnibus his dominarentur, & quasi sedentes in duodecim thronis, nomine Christi, duodecim tribus Israël, sive secundum carnem, sive etiam totam Ecclesiam ex Judæis & gentibus collectam, judicarent: quandoquidem omnes facti sint quasi unus novus homo, omnesque constituti sanctorum cives & domestici Dei. Hæc sententia erat Macarii, Grotii, Roëll, aliorumque. Macarius certe hoc impletum esse in terris contendit, effuso in Apostolos Spiritu Sancto, præsertim quum unica Petri concione mirabiliter aliquot millia excitarentur. Ἐκὼς γὰρ, inquit, ἐφάνη κόσμος καινός. ὧδε γὰρ ἐδόθη αὐτοῖς ἐξουσία καθεσθῆναι ἐν τῷ κόσμῳ ἰσθῶ καὶ κρῖναι, ἵδὲ ἀγία πνεύματ' καθεσθῆντ' ἐν τοῖς θρόνοις τῶν ἰσθμῶν αὐτῶν. *Illic enim apparuit mundus novus. hic enim illis*

B

data

data est potestas sedendi in hoc mundo & judicandi, Spiritu Sancto sedente in thronis mentium ipsorum(t). Hanc hypothesein confirmare ulterius vult Roëll, argumento ex loco isto II. Pet. III. desumpto: ubi putat Apostolum loqui de illa mundi conflagratione, qua urbs Hierosolymitana cum templo destrueretur, nec non de ea παλιγγεσία, quæ per doctrinam fieret Evangelicam. Porro Christum per παλιγγεσίαν hic illam rerum innovationem intellexisse, inde evidens esse censet, quod Lucas eam explicet per βασιλείαν, regnum Christi. Regnum autem Christi, regnum Dei, regnum cælorum nihil aliud significare quam statum illum Ecclesie, in quo Christus jam collocatus in throno suo, & sedens ad dextram Majestatis in cælis, solus regnat per verbum Evangelii, & spiritum gratiæ sub

novo

novo Testamento (u). In illam vero sententiam ut descendamus, nulla nos necessitas cogit. Apostolum enim in citato loco non respicere ejusmodi conflagrationem mundi, quæ per doctrinam fieret Evangelicam, ab omnibus textus istius momentis evidentissimum est: *quippe qui diserte docet, illusores istos, spem credentium de adventu Domini irrisuros, non venisse, sed venturos demum esse ἐπ' ἑσχάτῃ τῶν ἡμερῶν, extremo tempore mundi, non œconomie veteris, cuius finis jam aderat* (x). Præterea illud cœlum, & illam terram, quæ olim ante diluvium fuerunt, dicit Apostolus conflagratura. Quod vero ad locum istum Luc. XXII. 29, 30. attinet, neque ex eo hæc sententia confirmari potest, quod Apostoli in his terris ad tantæ dignitatis fastigium evehendi es-

sent, ubi iudicium & dominium
 aliquod exercerent: præsertim
 cum non ad dominandum aut
 regnandum, sed ad paupertatem
 & ignominiam, immo ad
 gravissimos cruciatus ipsamque
 mortem propter nomen Christi
 subeundam, a Salvatore vocati
 essent. In mundo enim non e-
 rat tempus quietis pro Apostolis, sed
 vexationis: non præmii & remun-
 erationis plenæ, sed laboris & ope-
 rationis: non triumphi, sed militiæ:
 non gloriæ, sed afflictionis, miseriæ
 & contemptus; ubi Christi discipuli
 in universum terrarum orbem emissi,
 pro abjectissimis habiti, & Διαλεον
 sive δεύα Διαλεον, mundo & an-
 gelis atque hominibus facti, super
 thronis magnificis nequaquam sedis-
 se, & incredulos Israëlitas iudicas-
 se, censeri possunt. Aliud igitur,
 idque multo letius expectandum e-
 rat tempus, quo exantlatorum la-
 borum

borum premia reportaturi essent (y).

(z) *Macar. Homil. 6. §. 6. & 7.*

(u) *Leg. fusius hanc sententiam exponent. Deyling. obs. S. pt. 1. n. 44.*

(x) *Deyl. l. c. (y) l. prox. cit.*

§. V.

Sequitur jam ut de altera sententia, quæ ad posterius hæc verba refert, paucis dicamus. Fuere ex Patribus Ecclesiasticis, utpote Augustinus, Hieronymus, ceterique haud pauci, etiam recentiorum, qui hoc de novissima resurrectione intellectum vellent. Alii vicissim hoc de totius universæ die novissimo futura renovatione, quando secundum delineationē Johannis Apoc. XXI. *Cælum novum, nova terra, ac omnia erunt nova*, interpretati sunt. Hac itaque voce *πάλαιωσις* Christum heic nihil aliud intellexisse, quam

id

id quod Petro Act. III. 21. ἰαπο-
 ναλασαις πᾶντων audit, existimant.
 Hæ sententiæ, ut de tempore
 prorsus conspirant, ita in reli-
 quis parum est quo discrepent:
 illa tantum παλιγγενεσίαν seu in-
 staurationem ad homines re-
 stringit; hæc eandem ad univer-
 sam rerum naturam extendit.
 Hanc fovisse jam olim dicitur
 Clemens Romanus, & post e-
 um plurimi, adeo ut hodieque
 maxima eruditorum pars ei in-
 hæreat, quorum vel sola aucto-
 ritas assensum prope extorque-
 re nobis poterat. Probationem
 insuper hujus sententiæ ex usu
 vocabuli παλιγγενεσία apud Pla-
 tonicos & Stoicos desumunt.
 Neque mirum est, hanc vocem
 in isthoc ferme significatu sæpe
 ab istis Philosophis usurpatã es-
 se, quippe qui omnia exacto
 magno illo Platonis anno instau-
 ratum

ratum & regnitum iri crederent (z). Si vero S. Scripturam consulimus, videmus Spiritum sanctum hac phraseologia de resurrectione mortuorum & de renovatione extremo die futura, nusquam usum fuisse: sed dum in scripturis loquitur de resurrectione universalis, vocat illam ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν (a), *resurrectionem mortuorum*: Ἀπολυτῶσιν τοῦ σώματος ἡμῶν (b), *redemptionem corporis nostri*. Ὁ πατὴρ ἐγείρει τὰς νεκράς, καὶ ζωοποιεῖ (c), *Pater suscitatur mortuos & vivificat*. Sic ultimam illam instaurationem in genere dicit ἐσχάτην ἡμέραν (d), *extremam diem*: ἡμέραν κρίσεως (e), *diem iudicii*: συντέλειαν τοῦ αἰῶνος (f), *consummationem seculi*: ἀποκατάστασιν πάντων (g), *restitucionem omnium*. Ejusmodi & aliis similibus loquendi formulis utitur Sp. Sanctus, in exprimenda illa, quæ
in

in novissimo die futura est, rerum immutatione . voce *παλιγγενεσία* alio adhibita sensu, quum neque alioquin metaphora a generando usquam stilo Biblico ad extremam illam reparationem applicata legatur. Quoniam itaque scripturæ plane insolens est, ultimam illam renovationem hoc nomine appellare, propterea palam licebit profiteri, ista nos cohiberi difficultate, quominus huic sententiæ subscribere queamus. Putabunt forte nihilominus multi, nos, non dicam perperam, sed temere prorsus & pruritu quodam novitatis ductos, hac in re egisse, qui non modo tanto eruditi hujus sæculi consensui refragemur: sed ne viri quidem Apostolici, ab ipso Paulo insigni cum elogio commendati (*b*), Clementis Romani auctoritatem; neque celebris illi-

illius interpretis Syri vetustissimi, qui *παιλιγγενεσία* diserte heic de *saeculo novo* exponat, fidem revereamur. Huic objectioni modeste respondemus: nostros conatus nullo modo aliquam moli-ri novitatem; verum summo studio, ut arcte sanctissime scri- pturarum litteræ adhæreatur, laborare. Nec existimamus au- ctoritatem cujusquam tantam esse, ut nos ad opinionem suam amplectendam, dum aptior & sensui Spiritus divini convenien- tior interpretatio erui potest, adstringat. Si enim illorum sen- tentia usu hujus vocabuli apud Philosophos quosdam profanos roborari videtur: quamquam neque hi plane idem atque illi sentiebant, *παιλιγγενεσία* proprie dicta res ex integro generatum iri statuentes: nostra e contra- rio phrasi ipsius Spiritus Sancti,
 ut

ut infra patebit, confirmari potest. Quod speciatim ad Clementem attinet, ita de eo iudicat Millius: *De Clementis Epistola ad Corinthios, & aliis opusculis sub idem tempus conscriptis, notandum, quod ex Evangeliiis & Epistolis nullam usquam pericopen citent accurate, & ad fidem exemplarium.* Et paullo inferius: *Clemens in hac Epistola nonnulla adducit ex Evangeliiis, sed omnino mixtim & confuse, ita ut vix quidem noris ex verbis ejus, ad quodnam potissimum respexerit (i).* Ita sane est. Clemens enim in laudata illa priori ad Corinth. epistola, *Nōem* ait per ministerium suum *πολιγγοεισιαν* mundo predicasse, h. e. ἀποκατάστασιν πάντων. Quibus verbis hæc nostra apud Matthæum directe explicari, quis dixerit? Sed videtur ille usum nominis hujus ex Platōnica haustum Philosophia,

phia, quā in juventute sectatus dicitur (*k*), sensu pio latius extendisse. Syro autem interpreti liberio rem passim transferendi rationem, & admissos ea aliquot lapsus, facile condonamus.

(*z*) *conf. Macrob. som. scip. lib. 2. cap. 10. 11. Senec. quest. nat. lib. 3. c. ult. Virg. Buc. ecl. 4. &c.*

(*a*) *Matth. XXII. 31, &c.* (*b*) *Rom. VIII. 23.* (*c*) *Joh. V. 21.* (*d*) *Joh. VI. 39.* (*e*) *Matth. XI. 27.* (*f*) *Matth. XIII. 39.* (*g*) *Act. III. 21.* (*h*) *Philip. IV. 3.* (*i*) *Jo. Millius proleg. N. T. p. 16.* (*k*) *Cave. Antiquit. Eccles. vit. Clem. § 2.*

§. VI.

Breviter sic eorum sententiis, qui vocabulum hoc ad posterius referunt, delineatis, paucis etiam de illis, qui cum præcedentibus idem meliorem dicunt habere connexionem, nobis est agendum. Sunt horum, qui

qui intelligant hoc de illa in advē-
 tu Messiaë per Evangelii prædi-
 cationem facta renovatione, tum
 morum in deterius lapsorum,
 tum doctrinæ & œconomiaë,
 abolitis institutis illis cærimoni-
 alibus, repurgata vero & a cor-
 ruptelis vindicata doctrina. Et
 hæc quidem ita, ut hic illud
 sequendi Christi tempus prædi-
 cetur, quo insignis illa politiaë
 ecclesiasticaë instaurationis accidis-
 set. Tunc enim *μεσολιχῶ* cæri-
 moniarum & Sacerdotii Judaici
 sublato, gentibusque & Judæis
 in *καινῶ κ̄ριστῶ* conversis, novum
 constitutum sæculum, & *nova
 facta esse omnia* (1): quam mu-
 tationem appellari *παλιγγενεσίαν*.
 Inter illos qui in hanc inclina-
 runt sententiam, nominare licet
Lightfootium, cujus sunt verba:
*Renovandum, inquit, mundum in
 adventu Messiaë & prædicatione Ev-*
 an-

angelii, afferunt scriptura. Salvator ergo per vocem *παλιγγεσσία* ad rectam rei apprehensionem animos discipulorum revocat, renovationem illam innuens, de qua scriptura loquitur, non corporis, aut substantia terrarum orbis, esse; sed in renovatione morum, doctrine atque œconomiae ei conducentis, consistere; homines renovandos, regenerandos, non fabricam mundi (m). Hæc sententia, licet eatenus, quod cum priore membro versus jungat *παλιγγεσσία*, differat ab illis, quas ante recensuimus; re tamen ipsa, cum illa §. IV. supra a nobis tradita, adeo convenit, ut fere sit eadem. Etsi vero hæc propius ad sensum accedat genuinum, & verisimilior istis prioribus videatur: phrasi tamen S. Scripturæ neque hæc ita confirmari potest, ut certo constet, Salvatorem heic illam in-

intellexisse renovationem, qua
nova Ecclesiæ facies, novo ere-
cto fœdere, est inducta,

(l) 2. Cor V. 17. (m) Hor. Hebr.
ad h. loc. Matth. 1.

§. VII.

Pergimus vero ad ultimam
de vocabuli hujus acceptio-
ne sententiam. Illa autem eo-
rum est, qui dicunt hoc perti-
nere ad descriptionem subjecti,
ut non tempus præmii discipu-
lis conferendi, sed vera eorun-
dem Christum sequendi ratio,
quæ in regeneratione fieri debeat,
indicetur. Ita e veteribus cum
primis Hilarius ad h. l. sensit,
qui καλιγγενεσιαν de regeneratione
baptismi, & fidei sanctificatione
expoluit. Hanc interpretationē,
præter nonnullos recentiorum a-
lios, & DD. Majus ac Neuman-
nus

his sunt sequuti. Quæ sententi-
 a nobis etiam videtur aptissima,
 & in ipsa re magis fundata. Si
 enim ipsum scopum Christi in
 his verbis saltem attenderimus,
 facile patefcet, nullam esse ra-
 tionem, cur sententiæ huic alia
 præferri debeat. Postquam e-
 nim Salvator divitem istum ju-
 venem a se ablegasset, & Apo-
 stoli ex sermone Christi cum il-
 lo habito intellexissent, quam
 arduum prorsus & difficile esset
 divitibus, qui mundana hæc cœ-
 lestibus anteponerent, ingredi in
 regnum cœlorum: illi quum o-
 mnia bona sua Christi causa re-
 liquissent, eoque se universa,
 quæ Christus ab adolescente po-
 stulasset, implevisse putarent;
 gloriari ob hanc bonorum ab-
 dicationem, & compensatio-
 nem expectare, haud nefas si-
 bi esse duxere. Quam eorum
 sen-

sententiam & opinionem, Petrus, ut antea sæpius ceteris audacior, Christo proposuit. mercedem postulans, & in quo ista confisteret exquirens. Sanctissimus vero Salvator Petri sodaliumque infirmitatem, qua adhuc post regenerationem suam laborabant, acriter castigare noluit; sed pro bonitate sua spem eorum fovit, præmia illis ampla promittendo. Ita tamen, ut de modo atque ordine, quo gloriosam illam remunerationem consequuturi essent, sollicitè eos erudiret: videlicet jacturam hanc bonorum, sui que sequelam nihili fuisse, nisi ipsum *ἐν τῇ πάλαινεσσίᾳ*, in regeneratione & renovatione vitæ secuti fuissent. Quæ adjectio ad tempus sive sequendi Christi, sive præmii conferendi, describendum plane erat supervacanea, quippe quod ex rei ipsius

pfius circumstantiis satis super-
 que elucet, neque signo hoc no-
 vo ac scripturis inſveto illustra-
 ri adeo, quam obſcurari poteſt.
 Verum ad conditionem ſubjecti
 definiendam, modumque ſequen-
 di determinandum, additamen-
 tum iſthoc atque indicium o-
 mnino erat neceſſarium: quum
 alioquin ſequeretur, Chriſtum
 heic propter ſolam hanc bono-
 rum jacturam in ſe, nudamque
 ſui ſequeſam, de qua Petrus
 gloriabatur, illis hæc præmia,
 quod *ὁνθροναι* ipſi eſſent futuri,
 promiſiſſe. Quod quam incon-
 gruens ſit atque abſurdum, vel
 exemplum Judæ proditoris, cui
 hæc pariter dicta erant, mon-
 ſtrat. Hoc ergo epitheton limi-
 tandæ rei ſimiliter adjectum ap-
 paret, ut commate ſequenti
 Chriſtus omnibus etiam aliis
 conditionem abdicandorum bo-

norum huic æquivalentem præ-
 scribit, ἐνεκεν τῆς ὀνόματός μου, propter
 nomen meum: & apud alios Evan-
 gelistas: ἐνεκεν ἐμοῦ καὶ τῆς εὐαγγελίᾳ
 (n), propter me & Evangelium:
 ἐνεκεν τῆς βασιλείας τῆς Θεοῦ (o), pro-
 pter regnum Dei: οἱ διαμεμνημένοι
 μετ' ἐμοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου (p),
 perseverantes mecum in tentationi-
 bus meis. Graviter itaque & e-
 gregie Doct. Majus, sequela, in-
 quit, vel imitatio Christi, alia
 corporalis est, alia spiritualis. Illa
 non sufficit: & si Apostoli non spi-
 ritualiter Dominum secuti essent,
 nihil ipsis sequela profuisset. Hæc
 autem fit in regeneratione, quæ ver-
 ba Christus magno studio adjecit, ac
 veram sequendi rationem iis signifi-
 care & inculcare voluit (q).

(n) Marc. X. 29. (o) Luc. XVIII.
 29. (p) Luc. XXII. 28. (q) Harm.
 Ev. pt. V. c. 41.

§. VIII.

ULterius si propriam & nativam vocis *παλιγενεσία* significationem respexerimus, constabit utique, eam non nisi improprie & figurate dici posse de conflagratione mundi, renovatione œconomix ac doctrinx, aliisque ejusmodi: neque eam usquam, quemadmodum nec alia gignendi verba, ceu jam observatum, de his rebus in Codice sacro prædicari. Formalem autem & potiore[m] huic nomini *generationis* notionem jam supra in § Etymologica vindicavimus. Stilo certe Paulino (r) significatione magis propria de generatione, sed spirituali illa, quam *regenerationem* vocamus, usurpari, extra dubium est. Quam rem & alibi passim per sacrosanctum scripturarum volumen verbis *gignendi* describi, tam est

notum, ut nihil supra. Qualia sunt huic nostro ἰσοδυναμῶντα illa: ὁ οὐκ ἐγενήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν, qui genuit nos in spem vitam: ἀναγεννημένοι ἄκ ἐκ σποράς φθαρτῆς, renati non ex semine corruptibili (s): γεννηθῆναι ἀνωθεν, generari superne: ὁ γεννηθῆναι ἐκ τοῦ πνεύματος, natus ex spiritu (t): ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Θεοῦ, genitus a Deo (u): ἀπεκόνισεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, genuit nos verbo veritatis (v). Imo ad describendam in hoc negotio causæ ministerialis actionem generandi notio extenditur: quemadmodum Paulus loquitur: διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα, per Evangelium ego vos genui (x): ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς, quem genui in vinculis (y): ἕως πάλιν ὠδίνω, quousque idem parturio (z). Sic in antiquo fœdere, הוּבַר בְּתוֹכָם הַבָּנִים (a), peperit Zion filios suos: וְיָמֵן וְיָמֵן הוּבַר הַלְוִי (b), vir & vir, i. e. quilibet

bet genitus est in ea. Exemplis
 in hac re luxuriamus, quæ om-
 nia adducere, supervacua fo-
 ret opera. Ex perpetuo hoc u-
 su Biblico colligere fas est, *πα-*
λιψησεισίου ut alibi, ita & hoc lo-
 co non nisi domestica & familia-
 ri Spiritui Sancto notione acci-
 piendam esse, ut denotet *regene-*
rationem hominis spiritualem, que
in regno fit gratia: cujus defini-
 tio e systematibus Theologicis
 peti potest. Sed facite simul li-
 quet, in hoc dicto eam non
 strictiori illo significato de solo
regenerationis actu venire: sed la-
 xiori sensu ipsum *hominis renati*
statum complecti, eumque uni-
 versum, cum perseverantia fi-
 nali. Cui sententiæ tutius utri-
 que inhæremus, quam incertas,
 obscuras & scripturis insolitas
 notiones sectemur: quas neque
 Christum, sensui tantum disci-
 pu-

pulorum turbando & spei suspendendæ, adhibere voluisse; neque eas a discipulis, hac quidem orationis forma, percipi potuisse, credibile est. Quod si ejusmodi quidpiam Christus sensisset, eumque sic Evangelista intellexisset: aliis procul dubio evidentioribus verbis id esset expressum, aut saltim nova hujus nominis notio epitheto aliquo restricta, aut denique alia plane orationis foret structura. V. gr. si hæc vox ad sequentium rationes spectaret, dici debuit, ὅταν ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ καθίσῃ κ'λ. aut ad minimum, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ἢ five ἐν ἡ καθίσῃ κ'λ. modo sobrium orationis nexum, & perspicuitatem sensus tueri velis. Nunc autem positu quem habemus, finge tibi animo aliquem Græci sermonis gnarum, qui textum de quo disputamus, nunquam

quam viderit: qui si forte in eundem incideret, codicem nactus omnibus interpunctionis notis carentem; non poterit non primo statim intuitu genuinam orationis connexionem hanc perspicere, ut pronuntiet, hæc, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, non nisi cum præcedentibus per naturam cohærere. Ceterum auctoritas plerarumque N. Testamenti editionum nobis objicitur. Verum sciendum, eas neutiquam universæ antiquitatis fide niti: adeo ut appareat, editores istos in varietate codicum MSS. eam distinctionem, quam ipsi probarent, sequutos esse. Deylingius, qui alioquin contra nititur, & ipse aperte fatetur, *post hæc verba, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ demum in multis codicibus Græcis εἰρημὴν comparere (c).* Rob. Stephanus in adornandis editionibus suis, XV
 codi-

codicibus MSS. erat instructus, quorum X textum Matthæi exhibent: illorum autem non nisi V. vulgatæ sententiæ distinctiōnem, cui ipse favebat, servant, ut totidem contra ipsum sint (d). Certe nobiscum plane facit antiquior Stephanianis, celebratissima illa *Complutensis* editio, quam ad vetustissimos bibliothecæ Vaticanæ codices excudi iussit Hispaniarum Cardinalis Franc. Ximēnius. Ut nonnullos alios taceamus, *Joh. Millius*, qui stupendo labore plurimos codices MSS. collegit & recensuit, examinatis omnibus non dubitavit hanc quam tuemur interpunctionem in præstantissimam suam N. Testamenti editionem recipere, ut legat, ἀκολουθήσαντες μοι ἐν ἡ πειλιγγυνοσία, ὅταν κ/λ. Sed qui quæso vulgata illa distinctio aliquando in textum irrepsit? Non vana erit

erit conjectura nostra, Patribus primitivæ Ecclesiæ plerisque, e schola Platonica ad Christum conversis, adhæsisse hanc illis Philosophis familiarem vocis *παραλιγνυσις* notionem de futura rerum renovatione, eamque neglecto justo examine ab imbutis præjudicio isto ad locum hunc Matthæi adplicatam esse: quæ opinio per sæcula facile propagari potuit, plurimis veneratione antiquorum eam simplici assensu admittentibus, aliis nihilominus subinde existantibus, qui animum ad rem curatius pensitandam adverterent.

(r) Tit. III. 5. (s) 1. Pet. I. 3. 23.

(t) Job. III. 7. 8. (u) 1. Job. V. 18.

(v) Jac. I. 18. (x) 1. Cor. IP. 15. (y)

Philem. v. 10. (z) Gal. IV. 17. (a) Es.

LXVI. 8. (b) Psal. LXXXVII. 5. (c)

Deyl. l. c. §. 2. (d) conf. Mill. pro.

legom.

§. IX.

LOco etiam coronidis, ad-
ducimus adhuc D. Lyseri
conatum, hanc ultimam, quam
nos genuinam & probatissimam
esse demonstravimus, sententi-
am, cum illa de resurrectione
& mundi consummatione, con-
jungentis. Statuere enim vide-
tur, utrumque sensum commo-
de ex dicto fluere, dum senten-
tiam Christi hanc esse putat: *Non,*
inquit, vos pœniteat jacturae, quam
passi videmini, eo quod me vere re-
generationis auctorem & Doctorem,
relictis aliquibus reculis vestris, præ
aliis secuti estis. Non deerit vobis
vestrum premium, quod in magno il-
lo regenerationis & restitutionis o-
mnium die universo mundo patefaci-
am (c) Sed ejusmodi impropria
locu-

locutione haud opus esse cense-
 mus, dum propria & genuina
 vocis significatio sensum plenum
 & evidentissimum præstat. Illa
 enim de extremo judicio senten-
 tia æque plane ex posterioribus
 patescit, sine ulla hujus vocabu-
 li adjectione. Et quamvis hæc
 pia quædam allusio esse queat,
 nosque neminem secus sentienti-
 um acerbè insectandum censea-
 mus, quum nulla sententiarum
 allatarum sit contra fidei analo-
 giam: tamen si bonorum inter-
 pretum partibus fungi velimus,
 genuinum cujusque loci sensum,
 quoad ejus fieri potest, studiose
 eruendum, fideliter indicandum,
 & arcte tenendum putamus. Ma-
 nemus itaque simpliciter in sen-
 tentia illa, quam jam antea le-
 vi penicillo delineavimus, & ra-
 tionibus, quas tenuitas nostra,
 variis molestis & occupationibus
 non

non evitandis circumdata, in medium afferre valebat, adstruere conati sumus. Vovemus porro, velit S. ille Dei Spiritus nos gratia sua regenerare, veramque in nobis morum renovationem benigne operari: ut sic JESU, Principis & capitis nostri, veri in hac calamitate imitatores, veraque ejus membra simus: quo tandem finitis peregrinationibus nostris, omni miseria & imbecillitate erepti, præmia ab ipso gratis nobis promissa, in cœlis cum ineffabili gaudio adipiscamur, ipsumque ob bonitatem ejus nunquam terminandam in æternū collaudemus!

Sit Soli Summo gloria summa Deo!

(e D. Lyserus Harm, Evang. p.
1372. 4.

* * * * *
* * * *

Enfaldig Onstedicht

Til

Then Årewordige och Högwärdige
Herren,

Herr ABRAHAM ROERINGH,

Da han sitt witra snilles prof utgas,

Genom Lårdom, slit och bygd
Mången sig förskaffat heder,

Hunnit också til then bygd,

Ther Apollo krants tilreder

För sin egen snälle wån,

Som är bland the mån,

Honom tiens ån,

Och helt nögd

Äro bögde

Så uppå Parnassen hån.

Lå med mycket hufwudbråf

Ther sin **BLEDUR** tidt upwachtat,

Sökt sig lårdom i mång språk,

Med all håg steds eftertrachtat

Komma på Parnassens topp;

Medelst snille opp:

I then wårde tropp

Ther med fagnad

Sig tilågna

Kunna Lager i fast hopp.

Ibland thesse **BLEDURS** må

Och nu en af Lårdom diger,

Som min **BRODER** är och **WÅN**,

Öfwerst uppå Pinden stiger.

Thy

En jag önskar med min bön:

Han må få til lön,

UNDVÄRDE KUNNIGEN stön,

Lijf den wären

Alla ären

Öf undfågnar frist och grön!

I största oprichtighet och wälmening

sungen af Herr Auctorens Lands-

man och slächtinge

ERICH CAJANUS,

Erichson.

In Honorem

Dni. AUCTORIS & RESPON-
DENTIS,

Sibi viam ad Parnassum, Egre-
gia dissertatione, parantis,

Q*Vid juvet assiduo doctas adamare Ca-
menas,*

*Hisq; suas curas jungere; quidq; pia
Sedulitas valeat, quid sustinuisse labores,*

Exemplum nobis monstrat, amice, tuum.

*Qui cunctam emensus cursu Permessidos
oram*

*Musarum solers abdita victor adis:
Difficitemque locum facili qui scandis a-*

gore

*Exsuperans omnes, quos tuus ardor
agit.*

*Non igitur possum non plaudere laudibus
istis,*

Insuetaq; mea, pleetra movere Lyra.

*Quin rotus voveo, tibi crescant hinc quos
que cuncta,*

Admisso possis subdere calcare equo,

*Dum tua florenti decorentur tempora
laure,*

Et regat ornatas, pulchra corona, comas.

*Ludere sic voluit pracelsi sub
pede montis,*

Joh. Kiemmer A. F.

O:Botn.

En Wäns och Landsmans wälsmente
Lyckönstän

Eil

**Herr. AUCTOREN och RE-
SPONDENTEN,**

Det wackra wärd med lärdom samman-
skrifwit,

Som I min Wän i huset ha'n framgifwit,

Ett tecken är ju, at I wäl anlagt

Er ungdoms tijd och blomstrand älber skidna,

Med sådan slit, så at I snart sän röna

Det Ehr blir sagt.

Det blir Ehr sagt; för flitighet at söka
Ett vittert wett, och Lärdom Er föröka
Skal sielf Minerva säkert löna Ehr,
Då hon en frank af Lager sammanbinder,
Hwarmed Apollo Edert hufwud linder
För Ert beswår.

För Ert beswår, som I och nu förfaren
I dag, då I Er lärda skrift förswaren,
Se'n I han fått ett rum på Pindi håll,
Så önskas, at I, sehn I lefwat länge,
Må komma bland Guds Helgon i umgänge
Och Lefwa Wäl!

